



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallebart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica
inuitandu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

SESSIO XVIII.

QVÆ EST SECUNDA
SVB PIO IV. PONTIF. MAXIMO
CELEBRATA DIE XXVI. FEBR.
M. D. LXII.

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Con-
cilium fide publica inuitandis.



ACROSANCTA OECUMENICA, & ge-
neralis Tridentina Synodus, in Spi-
ritu Sancto legitimè congregata, pre-
sidentibus in ea eisdem Apostolica
Legatis, non humanis quidè vitiis
confusa, sed Domini nostri Iesu Christi
qui os, & sapientiã Ecclesiæ suæ dicitur

a Luc. 21.

rū se promisit, ope & auxilio freta, illud præcipuè cogitavit,
vt Catholicæ fidei doctrinam, multorū inter se diffusio-
nū opinionibus, pluribus locis inquinatā & obsecuratā
in suam puritatē & splendorē aliquando restitueret, & me-
res, qui à veteri instituto deflexerunt, ad meliorem
rationem reuocet, corq̃ue b patrum ad filios, & con-
fratrum ad partes conuertat. c Cū itaq̃ue omnium p-
mū animaduertit, hoc tempore suspectorum ac
perniciosorum librorum, quibus doctrina impura con-
tinetur, & longè lateq̃ue diffunditur, numerum nimis cre-
uisse; quod quidem in causā fuit, vt multæ censuræ
variis prouincijs, & præsertim in alma vrbe Roma
quodam zelo editæ fuerint; neque tamen huic tam
pernicioso morbo salutarem vllam profuisse
medicinam; censuit, vt delecti ad hanc disquisitionem
tres de censuris libriq̃ue, quid facto opus esset, dilige-
ter considerarent, atq; etiam ad eandem sanctam Syno-

b Luca 1.

c infra, Sess.
vlt. circa fi.

d Matth. 13.
e. ita not. 25.
q. 2.

dum suo tempore referrent; quò faciliùs ipsa possit
& peregrinas doctrinas, tamquam d zizania, à Christi-
anitate auertere.

nae veritatis critico separare, deque his commodius deliberare, & statuere quae ad scrupulum ex complurium animis eximendum, & tollendas multarum querelarum causas, magis opportuna videbuntur. Haec autem omnia ad notitiam quorumcumque deducta esse vult, prout etiam praesenti decreto deducit: ut, si quis ad se pertinere aliquo modo putauerit, quae vel de hoc librorum & censurarum negotio, vel de aliis, quae in hoc generali Concilio tractanda praedixit; non dubitet à sancta Synodo se benignè auditum iri.

Quoniam verò eadem sancta Synodus ex corde optat, Deumque enixè rogat, quae ad pacem sunt Ecclesiae, ut vniuersi communem matrem in terris agnoscentes, quae, quos a peperit, obliuisci non potest, vnanimes, *b vno ore,* glorificemus Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi; per viscera misericordiae eiusdem Dei & Domini nostri; omnes, qui nobiscum communionem non habent, ad concordiam & reconciliationem, & ut ad hanc sanctam Synodum veniant, inuitat atque hortatur; *c Coloss. 3.* utque caritatem, *c quod est vinculum perfectionis,* amplectantur; pacemque Christi, exultantem in cordibus suis, praeseferant: in quam vocati sunt, in vno corpore. Hanc ergo non humanam, sed Spiritus Sancti vocem audientes, ne obdurent *d corda sua,* sed in suo sensu non eambulantes, neque sibi *f placentes,* ad tam piam & salutarem matris suae admonitionem excitentur & conuertantur. omnibus enim caritatis officii sancta Synodus eos ut inuitat, ita complectetur.

Insuper eadem sancta Synodus decreuit, fidem publicam in Congregatione generali concedi posse, & eandem vim habituram, eiusdemque roboris & momenti futuram, ac si in publica Sessione data & decreta fuisset.

REMISSIONES.

*V*ide Concil. Colon. tit. de scholis, cap. 9. Petr. Cened. ad Decret. Collect. 8. num. 3. in fine.

Indi-

ncil. Triu.
de clara.

near. in di.
171. ecci.

Indictio futurae Sessionis.

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicae Sedis Legatis, statuit, & decernit, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse Festam quinta post sacratissimum festum Ascensionis Domini, quae erit die xiv. Mensis Maij.

SALVVS CONDVCTVS CONCESSVS,

GERMANICÆ NATIONI,

In Congregatione generali, die xiv. Martij,

M. D. LXII.



SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolica Legatis, Vniuersis idem factis, quibus, & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militum popularibus, & alijs quibuscumq, viris cuiuscumque status, conditionis aut qualitatis existant, Germanicae provinciae, & nationis, ciuitatibus, & alijs locis eiusdem, & omnibus alijs Ecclesiasticis, & secularibus, praesertim Augustanae Confessionis personis, qui aut quae vnà cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque uenerunt, quocumque nomine censeantur aut valeant nuncupari, tenore presentium publicam fidem, & plenissimam verissimam securitatem, quam saluum conductum appellant, liberè ad hanc ciuitatem Tridentinam veniendi, ibidemq, manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi, vnà cum ipsa Synodo de quibuscumq, negotijs tractandi, examinandi discutiendi, & omnia, quae ad ipsos libuerit, ac articulos quoslibet, tam scripto quàm verbo, re offerendi, propalandi, eosque Scripturis sacris, & Beatorum